



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

66. An in casu extrema necéssitatis, si Minister idoneus non adsit. poßit laicus se ipsum communicare? Et in articulo mortis, & in dicto casu, an possit laicus aliis Viaticum ministrare? Et notatur, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

Refol. 36.
Sed. & in
tom. 1. tr. 2.
Ref. 5. §. Ex
his, in prin-
cipio, & in
tr. 3. Refol.
148. §. 1. ad
medium, &
veil. Reipó-
deo.

ab Hæreticorum iniuriis eriperet. Et quamvis eam
solum sumplisset, ut seipsum communicaret, dici de
illa posset, quod de S. Apollonia ait Mag. Soto lib. 5.
de insit. quæst. 1. art. 5. ad finem: Quod cum esset fœ-
mina, acuminisque adeo iuris infia, per inuincibili-
lem ignorantiam sit excusanda.] Huc usque Serra,
valide suam sententiam confirmans; quam etiam no-
minatum contra me firmavit Eminentissimus Domini-
nus meus de Lugo alibi à me adductus.

6. Sed his non obstantibus, sententiam affirmati-
vam, cui ad hæsi, nō dubito esse ad minus probabile,
quam nouissimè tuerat sapientissimus Lessius in 3.
part. quæst. 8.2.art. 3. num. 8. Mercerus de Sacramentis,
quæst. 8.2.art. 3. n. 3. Præpositus in 3. part. quæst. 8.2. art.
3. dub. 1. n. 12. quibus additum Castrum Palau tom. 4.
tratt. 21. disp. 2. n. 8. qui illam satis pro-
bat, quia nec iure diuino laicus interdicta est Eucha-
ristia ministratio, nec iure Ecclesiastico, in necessita-
te extrema. Nam textus in cap. *Pervenit*, loquitur ex-
tra casum necessitatis: exprelse enim dicit, *Horren-*
dum, & detestabile facinus esse, abque villa necessitate
per laicos, vel feminas deferri agris Eucharistiam.
Ergo, stante necessitate, maximè extrema, nullum erit
facinus. Quod non leuiter confirmat Eusebius lib. 6.
Historiar. cap. 36. assertens, olim viros sanctos misere-
Viaticum per laicos necessitate virgente. Neque ob-
stat, solis Diaconis inueniri concessum, virgente ne-
cessitate. Nam inde non interfert, laicus denegatur
esse; sed solum interfert non esse illis exprelse con-
cessum; bene ramen potest esse concessum virtute, &
interpretatiæ, spectata Ecclesiæ pietate. Neque item
obstat, quod præsenti tempore non videamus un-
quam à laicis Eucharistiam ministrari; id enim pro-
venire potest ex eo, quod casus necessitatis non
occurrit, vel non occurrit publice, sed occulte,
& ministratio Eucharistie occulta fuerit.

7. Adde in prædicto casu, non solum alteri, sed
sibimet ipsi ministrare Eucharistiam possit. Nam, li-
cer confutidine Ecclesiæ statutum sit, teste Trident.
fess. 13. cap. 8. vt laici à Sacerdotibus Communione
accipiant, itemque ne extra Missa Sacrificium ali-
quis sibimet Eucharistiam ministret; lex hæc cessare
præsumitur in casu extrema necessitatis, ne tanto
bono, & forte sibi necessario motitum ptiuet. In
cuius testimonium adduci solet factum illud Matris
Reginæ Scotiæ, que proxima martyrio sacram Eucha-
ristiam, quam apud se retinebat, sumpsit. Quod
si dicas, id fecisse, vel ex dispensatione speciali Pon-
tificis, unde constat sic à Pontifice specialiter dispen-
satum?

8. Itaque nostra sententia in Schola Patrum
Societatis Iesu est communior: nam illam tenent
Suarez, Layman, Filiicius, Reginaldus, Preposi-
tus, Palau, Granadus, Valentia, Coninch, quibus
adde nouissimè Elcobet in *Theolog. moral. tratt. 7.*
exam. 6. cap. 4. n. 62. & me citato Quintanaducnas in
Theolog. moral. tom. 1. tratt. 4. sing. 8. n. 3. omnes ex Societate
& me etiam citato Leander de *Sacram. tom. 1.*
tratt. 7. disp. 4. quæst. 1. 3. & me citato Magister Lezza-
na in *Synema qq. Regul. tom. 3. verb. Eucharistia. n. 15.*
Vide modò, quam immerito dixerit Sotus, nostram
sententiam esse intolerabilem. Est enim satis proba-
bilis, ne dicam, probabilior, quam contraria. Obser-
vandum est etiam cum Lessio, *vbi supra*, n. 16. quod
laicus existens in peccato mortali, si deferat ad infir-
mum in articulo mortis, ut diximus *supra*, Eucha-
ristiam, non peccat mortaliter, quia non est minister
consecratus ad hoc.

9. Nota etiam, quod stando in contraria senten-
tia, affirmatiuam tamen admittit in uno casu doctis-
simus Pater Amicus in *Cur. Theol. tom. 7. disp. 31. fcl. 2.*

n. 26. sic enim assertit: [*Vtrum dantaxat excipio ca-*
sum, in quo existimo licet posse mortuandum e...
manibus laici communicare. Si, nimis, moribundus
dus confusus peccati mortalis, non habens copiam
Confessarij, haberet copiam Eucharistie, licet pos-
set tunc illam per manus laici sumere. Quia cum
hoc Sacramentum, iuxta probabilem sententiam,
interdum faciat de atrito contum, conferendo
primam gratiam; posset tunc moribundus cum fo-
ta contritione tantum putata hoc Sacramentum fu-
mens, iustificari; sive quo in tali casu decederet ex
hac vita cum peccato æternum damnandus. In hoc
igitur casu omnino cœlo locum habet epichæm
quæ Authore Aristotele 5. *Eis. 10.* est corredo, du-
cemendatio legis, iuxta legislatoris menem, qui
talē casum prævidit, illum in sua lege non com-
prehendisset. Et enī tāndiu seruanda est lex, quā
diu seruari potest absque iniustitia: vbi autem ab-
que iniustitia seruari non potest, mens legislatoris
non est, vt ea serueret, sed potius per epichæm
corrígenda erit. Atqui iniquum foret in tali ca-
legem seruare, non communicando per manus laici
infirmum in tali periculo constitutum, cū esset, il-
lum probabiliter pericolo æternæ mortis exposuit.
Confirmatur: nam in eo cūtu, respectu talis in-
firmi, Eucharistia non esset tantum medium vole,
sed etiam saltem probabilitate necessaria ad salutem
ergo, sicut nulla lex humana priuare potest hominem
in extremo vitæ, medio ad salutem necessaria-
ita nec in tali casu poterit lex humana priuare mon-
endum Communione per manus laici.

10. Nec refert primò, quod non sit cūtu, in
tali casu Eucharistiam collaturam primam gratiam:
nam sufficit, vt sit tantum probabile, cum in extre-
mo vitæ licitum sit, & interdum rentem alibi
media etiam probabilitate ad salutem necessaria. Nec
refert secundò quod talis infirmus possit conat
contritionem eliciendam; quia, cum hæc difficile
eliciatur, poterit ad maiorem salutis securitatem, vi
medio faciliori, ac tutori.] Ita Amicus Vide cum
Lezzana vbi supra, & Ioannem Vigiem in 3. part.
quæst. 8.2.art. 3. cōclus. 3.

RESOL. LXVI.

An in casu extrema necessitatis, si Minister idem uig.
adit, posse laicus seipsum communicare?

Et in articulo mortis & in dicto casu, an posse laicus
alii viaticum ministrare?

Et notatur, quod si magnus festum adit, & Sacer-
dos sacerdicte non posset, possit quidem in tali casu fe-
stalo cessante, ex Sacrario Eucharistiam accipere &
seipsum communicare, si alius Sacerdos non adit, &
hoc etiam presente Diacono: Ex patt. 3. tratt. 4.

Ref. 47.

§. 1. **N** Egatianam sententiam docet Bonacina de
Sacram. disp. 4. quæst. 5. pñct. 1. n. 6. Zam-
branus de casu tempore mortis, cap. 3. dub. 6. n. 5. & alii quod
penes ipsos; quia non est ita necessarium sumere
Eucharistiam tempore mortis, vt laicus possit pro-
pria auctoritate sibi illam ministrare.

2. At ego contraria sententiam teneo cum pat.
Filiicio tom. 1. tratt. 4. cap. 9. n. 28. Suarez in 3. part.
tom. 3. disp. 7. fcl. 3. Coninch. de *Sacram. quæst. 8.*
art. 3. num. 23. & Layman in *Theol. mor. lib. 5. cō-*
tratt. 4. cap. 7. num. 4. vbi sic ait. Si aliquis fecit quod
cucus, seu laicus in mortis arte constitutorum, ministrum
idoneum non habeat, à quo Eucharistiam sumere
nil obstat videtur, quo minus (e ipsum communica-
care possit, (scandalio cessante) exemplo Reginæ
Scotie.

ANNO
Operæ
Tom. I.
EPI

Scotia, qua in Anglia martyrum subitura, sacramentum Eucharistiae quod secum habebat, propriis manibus sumpsit.

3. Ind contra Fagundez precept. 3. lib. 3. cap. 1. n. 10. Sylvestrum ver. Eucharistiae quæst. 4. & alios, putant aliqui non solum laicum posse in periculo mortis, si non adit Sacerdos idoneus, se ipsum, sed etiam alios communicare. Et licet hæc opinio intolerabilis vocetur à Soto in 4. sent. diff. 23. quæst. 1. art. 3. tamen mihi probabilis videatur cum Valentia tom. 4. diff. 6. quæst. 10. punct. 1. in fine, & illam docet nouissimum Layman vbi supra, & Coninch, nam id nec naturali, nec diuino Christi præcepto repugnat; neque illus canon Ecclesiasticus reperitur, vt id prohibeat; quia cap. permenit. diff. 2. de conformati, loquitur extra casum necessitatis. Nec valet Ecclesia consuetudo in contrarium. Nam respondeo, quod fieri potest longissimo tempore, hec hoc factum numquam fuit, saltem, vt alius innotesceret: non quod hoc facere illicitum sit, sed quia casus ex se ipso rarissimum sit.

4. Notandum est tamen hinc obiter, quod si magnum scelum adsit, & Sacerdos sacrificare non possit, posse quidem eum tali casu, scandalo cessante, ex sacrario Eucharistiam accipere, & se ipsum communicare, si alius sacerdos non adsit, & hoc etiam præsente diacono. Ita Suarez, Layman, Coninch, & nos alibi.

RESOL. LXVII.

An laicus in articulo mortis, si Sacerdos non adsit, possit se ipsum communicare, & alios?

Et deducitur, quod propter periculum irreuerentie potest laicus Eucharistiam tangere, ne Eucharistia venia in manus Infidelium, &c.

Et docetur laicum ministrantem in tali casu Eucharistiam in peccato mortali, non peccare mortaliter?

Et cursum inferius, an Sacerdos posset sine veste sacra, & extra officium Missæ sacramentum Eucharistiae conficeret, ut agrotus moribundus impletat præceptum diuinum sumendi in dicto articulo Vaticanicum? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 47.

sumpsit. Verumtamen propter hæc nostram resolutionem deferere non debemus, huiusmodi enim Regina potuit sibi Eucharistiam dispensare, vel bona fide credens id sibi licere, vel media dispensatione ad id concessa. Huc vñsc Ochagavia.

2. Sed ego cum multis Doctoribus in 3. part. tract. 4. ref. 47. affirmavimus sententiam tenui, Quæ hic est quam probabile esse fatentur ipsi metu aduersarij, vt Ref. anteced. Faustus, Tannerus, & Præpositus vbi supra, & hanc dens, sententiam teneri etiam Mercurius de Sacram. quæst.

8.2. art. 3. num. 3. Chapeauilla de sacram. Eucharistia quæst. 6. Reginald. tom. 2. lib. 29. cap. 5. quæst. 5. n. 93. &, qui apud me instar multorum est, Iacobus Granado de Sacram. in 3. part. contr. 6. tract. 12. diff. 1. n. 4. vbi contra Sotum, Henriquez, Sylvestrum, & alios docet probabile esse non solum Subdiaconum, sed etiam laicum infirmo morienti posse dispensare Eucharistiam, quia licet ministrare Eucharistiam ex officio conuenienti soli Sacerdoti, non constat ex diuino iure prohibitum laico in casu necessitatis, & sine solemnitate. Ius vero Canonicum id non prohibuit in simili necessitate, nam licet administratio Eucharistie absoluè prohibetur laicis in illo canone Peruenit, eodem modo prohibetur omnibus qui non sunt Sacerdotes: ergo sicut Diaconi excipiuntur in necessitate, excipi poterunt laici, vt succurratur infirmo morienti. Confirmatur primò, quia olim Eucharistia per laicos deferrebatur ad infirmos, vt testatur Eusebius lib. 6. hist. cap. 34. ergo eodem modo, licet in extrema necessitate, etiam si Sacerdos eam non mitteret. Confirmatur secundò, quia propter periculum irreverentie potest laicus Eucharistiam tangere, imò & se ipsum communicare, ne Eucharistia veniat in manus infideliū, & quibus indignè

tractetur: ergo etiam ad succurrendum infirmo morituro licet laico tangere, & dispensare sacram Eucharistiam. Ex quo sequitur, posse laicum in mortis articulo sibi ipsi porrigit Eucharistiam. Et hæc omnia docet Iacobus Granado vbi supra. Vnde satis remanet probabilis sententia affirmativa, quam ego olim docui, licet contra me insurgat nouissimum Pater Joannes de Lugo de sacramento Eucharistie, diff. 18. scilicet 1. n. 22. Sed, vt dixi, nostra sententia est satis probabilis.

3. Nota etiam laicum in tali casu ministrantem Eucharistiam moribundo in statu peccati mortalis, non peccare mortaliter. Ita Suarez, vt obseruat Tannerus vbi supra, & docet etiam Chapeauilla, & apud me certum est, qui teneo etiam Sacerdotes Eucharistiam ministrantes in peccato mortali, non peccare mortaliter. Vide Ochagavia de Sacramentis, tract. de Eucharistia, quæst. vlt. n. 2.

RESOL. LXVIII.

An se sit præfus Parochia, vel alius Sacerdos, & nollem communicare infirmum existentem in periculo mortis, posse laicus sapientiis renuentibus, & probantibus, infirmo sacram communionem porrigit?

Et an in hoc casu Diacono tantum, & non aliis hoc permittant?

Et docetur non posse fieri legem, qua statuatur, quod negare in casu necessitatis extrema posse laicus Eucharistiam ministrare?

Et in inferius, quod Regularis, vel alius Sacerdos possit ministrare infirmo Vaticanicum, si Parochus præfus nollet ei ministrare, nec ad hoc licentiam concedere?

Etiamque adueritur infirmum, qui satisfacit præcepto sumendi Vaticanicū in manibus sui Parochi, posse ab illo, vel aliis post aliquos dies in eadem infirmitate recipere.

R. 4. pere

fecrare, &
dicto tr. ref.
132. §. 2. ad
medium, &
vers. confu-
lit tamen.

Sep. hoc in
Ref. 1. not.
seq. §. Sed
quid, proprie-
tatem, & in
alii eius
denuo, & in
alii eius
annos.

Sep. hoc su-
pra in Ref.
6. §. Itaque
& in alii
eius not. &
pro vicima
difficult. co-
tentia à vers.
qui teneo,
huius §. su-
pra in Ref.
25. & in alii
eius annos,